



Titel: Prophonema Ad Edictum / Illustr. amp; Potentiß. Ordin. Bataviae amp; Westfrisiae, De Photinianis sive Socinianis profligandis, Cum versione edicti Latina amp; Germanica

Autor: Slafius, Jodocus; Deutsche Forschungsgemeinschaft (DFG)

Purl: <https://resolver.sub.uni-hamburg.de/kitodo/PPN783568991>

Rechtehinweis und Informationen

Der Inhalt ist gemeinfrei. Das Digitalisat darf frei genutzt werden.



Zum Zwecke der Referenzierbarkeit und einem erleichterten Zugang zum Original bitten wir um folgenden Hinweis bei der Nachnutzung:

Original und digitale Bereitstellung:
Staats- und Universitätsbibliothek Hamburg Carl von Ossietzky
+ Signatur + Link zum Digitalisat

Qualitativ höherwertige Reproduktionen können in verschiedenen Formaten und Auflösungen kostenpflichtig erworben werden. Gebühren werden entsprechend der Gebührenordnung für wissenschaftliche Bibliotheken der Freien und Hansestadt Hamburg erhoben.


Sollten Sie das Objekt in Ihrer eigenen Veröffentlichung verwenden, würden wir uns freuen, wenn Sie uns darüber informieren und uns die bibliographischen Angaben Ihrer Publikation mitteilen. Wir freuen uns natürlich sehr, wenn Sie uns zur Information sogar ein Belegexemplar der Publikation zukommen lassen können.


Kontakt für Nachfragen:
Staats- und Universitätsbibliothek Hamburg - Carl von Ossietzky -
Von-Melle-Park 3
20146 Hamburg
auskunft@sub.uni-hamburg.de
<https://www.sub.uni-hamburg.de>

B.2561

B.2561

2561





PROSPHONEMA

AD EDICTUM

*Illustr. & Potentiss. Ordin. Bata-
via & Westfrisia,*

De Photinianis sive Socinianis
profligandis,

*Cum versione edicti Latinâ
& Germanicâ*

M. I. S.

HAMBURGI,

Typis JACOBI REBENLINI, Anno 1654.

PROSPHONEMA

AD EDITIONEM

Ed. 1717. 1718. 1719. 1720.

De Phociniano five Socinianis

prophetis.

Quae scripturae sunt Latinae
et Graecae.

M. D. C. C. C.

HAMBURGI,

Typis JACOBI KEBBLINI, Anno 1722.

003 2014 242

DN.
S. S. The



SOCINIAN
fos, severo e
non facile fi
noafoles, it
scriptiones
lis visum est
sumus quin
qva jam du
ternecione
bis certè vi
enim in vi
curru hab
portentur
nisi fallor
autem sit, i
one non ta
paries pr

Admodum Reverendo, Excellentiss.

& Amplissimo viro

DN. JOHANNI MÜLLERO,
S. S. Theol. Doctori, Rev. Ministerij Hamb. Seniori, &
Scholar. Inspectori, nec non ad
S. Petrum Pastori,

*Viro de Ecclesiâ, & omnibus
bonis bene merito, nunquam*

facis laudando,

S. P. D.

M. JODOCUS SLAFIUS.



Um præter spem & opinionem superioribus septimanis acci-
derit, ut ex Bataviâ rumor ad nos dimanaret, ill. & Potentiss.
Unit. Provinc. Ordines inter savissimi belli sui pacisq; actiones
religiosa quoq; meditato fuisse, & Ecclesiæ bono pietatisq;
promovendæ studio pestiferos homines, immanesq; hæreticos
SOCINIANOS seu PHOTINIANOS, per provincias suas diu multuq; spar-
sos, severo edicto cohercuisse, aut terris suis ejecisse, meminit R. E. T. famâ
non faciliè fidem apud Te invenisse. Ut enim prudenter omnium omni credere
non soles, ita de hoc dubitabas, donec nunc fides confirmata & ipsius pro-
scriptiones exemplar belgicè excusum Amstelodamo E. T. allatum & ocu-
lis visum est. Nunc itaq; cum ejus certiores profus facti simus, non pos-
sumus quin gaudeamus & gratulemur illi Belgio, quòd scedas istas maculas,
quæ jam dudum ipsi infederant, eluere, & magis Ecclesiam ab interitu & in-
ternecione immunem servare velit. Si verò ullis occasio gaudendi est, no-
bis certè vicinis, ad Albim hanc habitantibus, occasio & materia ea est. Qui
enim in viciniâ siti sumus, & euntes redeuntesq; è Bataviâ quotidiè navi &
curru habemus, merces & homines nobis frequenter eò importentur & ex-
portentur, semper profectò à vicino hoc contagio metuere habuimus, &
nisi fallor, plus damni jam sensimus, quantum nunquam optavimus. *Fere*
autem sit, inquit alicubi Erasmus, ut in opulentissima emporia undiq; ex omninati-
one non tam merces, quam vitia soleant importari. Si nostra res agitur, cum
paries proximus ardet, ut est in proverbio; utiq; & nostra res agitur, quum

*Præf. Paraph.
in 2. Coriat.*

proximus Ucalegon ardere desinit, aut remedia adesse cernimus, quibus restingvi incendium possit, eo enim nomine gaudere, & posthac nobis meliora ominari & promittere debemus. Neq̄, solum si ab incendio aut simili contagio vicinus prorsus liberatus est, sed & tunc gaudendi occasio est, quando aliquo modo supprimitur flamma & pestilentiae virus residere incipit.

Quamquam autem Reformatæ, quam dicunt, Religioni eo modo affines non sumus, ut fraternè cum ijs gaudere queamus, nec tacitè cum ijs *συμφησόντες* abblandiri necesse sit, quatenus tamen aliquo etiamnum vinculo (quantillo etiam) scissæ hæ Occidentales Ecclesiæ inter sese hærent, eatenus saltem convenit cum ijs gaudere, & Ecclesiæ eorum gratulari, quatenus participant aliquid de bono universi, de nomine fructibusq̄ Christianismi. Est autem etiam virtus laudanda in hoste; magis, si ille hostis contra communem hostem nobiscum insurgit. His itaq̄ de causis DEO merito gratias agimus, quod in tantum Belgis gratiam largitus sit, ut tandem contra manifestissimos blasphemos & apertissimos Christi & Ecclesiæ proditores atq̄; sicarios, Socinianos, laudabiliter exarserint, ab ijs reverà animo se alienato esse testati sint, indignosq̄; protectione suâ & communi societate Christianorum judicaverint. Fortiter, prudenter hoc gestum esse omnes boni non invitè fatebuntur, præsens ætas hisce applaudet, & posteritas, fructum ejus persentiens, magis celebrabit, & dilaudabit. Utinam autem & in aliis Reformatæ sic dicta Ecclesia, & Reformati laudari & coli nobis possent!

Quomodo & quâ ratione Reformati divisi sint ab Ecclesiâ, non una pagina hactenus enarravit, nec enarrare potest. Id certum est, Zwinglianam sectam, gementibus & dolentibus nostris, à communione Ecclesiasticâ sese subduxisse, ultrò seperasse, & altare juxta altare, Ecclesiam juxta Ecclesiam volentes erexisse. Testes sunt superioris ævi scriptores, quanto studio non solum B. Thaumaturgus Lutherus, sed & Procures Imperij maximi, minimi laboraverint, quantum molestiarum, itinerum, sumptuum, colloquiorum, conventuum susceperint, & cum iis egerint, ne communionem secum defererent, sed nihil profecisse. Magnum numerum benevolentiae mutuaq̄; charitatis signorū Helvetiis, aliisq̄; sectæ sociis, à Lutero & aliis subinde exhibitorū contra se ipsos, illi pridem publicis libris ediderunt & nuper D. Johannis Crocius in lib. germanicè edito, anno 1639. sub tit. *Brevis informatio, quod Evangelici Reform. Religioni addicti nunquam damnati sūt.* & latinè auctiore, anno 1647. cui se opposuit Cl. D. Joh. Botfaccus Danvici. Quantâ patientiâ etiam & lenitate B. Lutherus dissentien-

tes diu tolerave
Conc. Concor
gentoratenfes
ludit: Luther
tefidet fieri potu
atis revocari po
am Buceri test
studuisse. To
tationes & opp
ano angulus su
is abundare,
edictis, Memori
Stalfeburgius,
qui novissimè
te, quas ad Ep
Pelargum misit
crymis ferè leg
stant, ne decim
Argumenta a
erga ejus S. ven
tiz; à periculo
tis: deniq̄; & r
à futura inqvi
ma, & omniun
Theologi pro
non B. Joh
quos R. E. T. D
runt? Verum e
bus, quod de P

Fletibus,
Fata * o
At veluti
Alpini Bo
Arvere in

tes diu toleraverit, publicè constat, & post alios L. Hutterus p. m. in Conc. Concord. differit, & amicas epistolas ejus ad Helveticos, Argentoratenses, aliosq; humanissimè scriptas allegat, & tandem concludit: *Lutherus nihil vel pietatis, vel humanitatis, quantum quidem salvâ veritate fidei fieri potuit & debuit, in se desiderari passus est, quòd Helvetij in viam veritatis revocari possent, sed irritus ipsius omnis conatus fuit.* Ibidem contra ipsius etiam Bucerii testimoniũ allegatur, Tigurinos nunquam concordia ex animo studuisse. Tot exstant sociorum & successorum ejus hortationes, dehortationes & oppugnationes Reformatæ sectæ, ut nullus faciliè in Orbe Christiano angulus sit, ubi talia non reperiatur, nec ullâ re putem Germaniam magis abundare, quàm libris atq; scriptis orthodoxorum contra Calvinianos editis. Memoriâ maximè digna sunt, quæ beatiss. animæ Hutterus, Hoëus Slusselburgius, Cramerus, alij, dum viverent, ad Principem Electorem, qui novissimè ad eos anno 1614. accessit, scripserunt. Illæ præsertim epistolæ, quas ad Episcopum sive Superintendentem ejus, D. Christophorum Pelargum miserunt, & editæ sunt, non sine animi commotione & lacrymis ferè legi possunt. quanquam putem, quæ publicè excusa præstant, ne decimam earum partem, quæ aliàs scripta sunt, conficere Argumenta atq; rationes deduxerunt à læsa gloriâ Dei; à negato honore erga ejus S. verbum; à periculo orituræ inquietis animorum & conscientia; à periculo amittendæ omnis fidei Christianæ, & tandem æternæ salutis; deniq; & rationes humanas deduxerunt à futuro interitu Reipubl. à futura inquietudine civium; à turpitudine rei; malâ apud vicinos fama, & omnium scandalo. E solo hoc Hamburgo tot boni fortesq; Theologi prodierunt, ut vel soli causam hanc dicere sufficerent. Quid non B. Joh. Æpinus, Joach. Westphalus, Phil. Nicolai, alijq; inter quos R. E. T. Domine, non postremum agnoscimus, egerunt atq; scripserunt? Verùm evenit hîc Germaniæ, aliisq; terris, præsertim eorum Proceribus, quod de Principe Dardano canit Pœta;

præf.
l. m. t.

Nullis ille movetur

*Fletibus, haut ullas voces tractabilis audit,
Fata * obstant, placidasq; viri Deus obstruit aures,
At veluti annosum valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Frivere inter se certant: id stridor, & altè*

Virg.
lib. 4. Æn.

*Calvini.

13

Conster-

Conferunt terram, concusso stipite, frondes,
Ipsa hæret scopulis, & quantum verrice ad auras
Ethereas, tantum radice in tartara tendit.
Haut secus assiduis hinc atq; hinc fletibus heros
Tunditur, & magno per sentit pectore motus,
Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes.

igneum ingenium Zwinglij, Svada Oecolampadij, vafriciès Buceri, molli-
tias & blandiloquentia Calvinij, impudentia Bezae, temeritas Gomari mon-
strum hoc fidei, Religionem Reformatam, nobis pepererunt. Verè enim
monstrum est, cui simile vix in omni antiquitate, & seculo hæresibus ferti-
lissimo exstat, quodq; magis *Monstrum horrendum, informe, ingens* dicendum,
quam illa à Virgilio descripta & depicta fama. Nullum in orbe monstrum
fuit, si hoc non monstrum est, colere DEum, ens sanctissimum & innocen-
tissimum, qui tamen omnibus salutem efficaciter non offert, & quosdam,
quia sic placet, æternæ damnationi adjudicat: credere in Christum Salvato-
rem, Deum & hominem *ὄρος ἀσινῶς* unitum, cujus tamen una natura est ul-
tra & extra alteram, quicq; omnes peccatores nec potentiâ nec actu redemit:
credere mediâ ad salutem Verbum & Sacramenta, nihil tamen gratiæ con-
ferentia, &c. Quis mortalium hoc monstrum amet, nisi qui aut coecus, aut
ipse monstrum est? Nullum erectum ingenium, nulla pia mens, nulla de-
vota, deq; æternitate sollicita anima id amare potest. At verò eapropter
Orthodoxi piiq; Theologi in lucem huic monstro edito alimenta statim
subtrahere, non tollere illud, non baptizare, non educare voluerunt. Sed
illud nihil minus postquam intra Alpes & Helveticam natum erat, obambu-
lare & incunabula quærere coepit. In comitia Augustana anno MD XXX
venire volens, ut repressa est, ad Obstetricem rediit: deinde Danubij, Rhe-
niq; littora tentavit, ibi etiâ aliquoties rejecta, semper rediit, ac tandem
transmarinam Britanniam inuasit: mox Galliam & denuò Rhenum, to-
tumq; Belgium incredibili celeritate occupavit: nec ibi destitit, sed & Da-
nubij iterum Vistulâq; partes petiit: tandemq; & particulam Germaniæ ad
Albim & Oderam amore sui accendit. atq; nunc fuco & cerussâ illita,
ut formosa fœmina sedet & se coli patitur.

Diffiteri autem non possumus, solius Romani Episcopi fastu, impo-
tentiâ animi, & fidei Christianæ prodicione factum esse, ut Tyndaris illa a-
mata & in pretio habita sit. Hostem hunc Christianæ fidei pia pectora fugie-
bant, & præ Caco & Polyphemo Megaram hanc amplexabantur. Om-
nino mutationem spirabant Ecclesiæ, sic adigenre eas durissimâ illâ Chri-
stianâ

in petra (quæ ipsis scopulis inexorabilior) Româ; quod autem Scyl-
fugientes in Charybdim inciderunt, id verò bonis omnibus dolendum,
inquam enim iuxta divinæ iræ atq; poenæ tales & similes crassi errores ad-
pendi sunt, ille enim, prædicante Apostolo Paulo, *propter inobedientiam*
lit quosdam in sensum reprobum, Rom. l. 28. *Mittit efficaces errores* II. Theff.
I. non possumus tamen quin profuis in Præsidem & Rectorem utriusq;
bis, in cœli & inferorum, Angelorum & Diabolorum putatitium Domi-
m atq; Domitorum fabam hanc cudamus.

Infecto nunc adeo S. Rom. Imperiò, & tot ejus membris lue istâ cor-
ptis, sive Reformatæ fidei adhaerentibus, Archiatri atq; Medici Supremi no-
i, id est, S. Rom. Imperatorea Majestas & Status corpori Imperij non aliter
consulere potuerunt, quàm ut additis ultrò fomentis, gangranam potius
erent, & cancrum emplastro tegerent, atq; immedicabile vulnus vivi in-
ar fonticuli, purulentiam quotidiè evomentis, in isto corpore haberent &
raclarent. Prudenti itaq; consilio calamitosissimo tempore velificantes
pacem publicam cum istâ fide constituerunt. Sic ut facerent, monuerunt
eos veri & naturales Medici, qui *ab occultarum gangranarum*, id est, intra cu-
rem, thoracem, & remotiores partes enatarum, *curatione abstinendum esse* *sva-*
dent, ut legere est in Hippocratis Aphorismis, & quotidiè e prudentium Me-
dicorum exemplis addiscendum. Hoc autem modo, nec aliter, Christia-
næ Reip. corpori insiti sunt Reformati. Neque enim sentiendum, quasi
cœlestis veritas prodita, quasi quicquam Ecclesiæ pulchritudini decesserit,
aut, admixtis vulpibus, Ecclesiæ vineta subruenda exposita sint; eosq; ita Ec-
clesiæ admixtos esse, ut venenum admiscetur limpidissimo vino, ut loligines
in foecundum agrum seruntur: quin potius ita, ut pater sub eodem tecto, in
eadem mensâ & familiâ, morigeros & immorigeros filios, formosos, sanos,
& ægros, strumâ varicibusq; deformes, aut furiosos, amentes, & simili cor-
poris animiq; vitio affectos (modò ne extremè furiis agitentur) habet atq;
alio. Qui frugi filij sunt, non eò corrumpuntur, quòd cum malis conver-
santur, nec id cupit, nec svadet pater: bonis potius eotem suarum virtutum
malos esse vult: bonosq; vult intueri malos, eosq; quatenus, seu ut malos,
odisse, ut fratres & germanos, amare debere. Ignoscere debent filij paren-
tibus tenere quamcumq; etiam sobolem a manibus, quòd q; infeliciter ge-
nitos & animi corporisq; vitio laborantes domo exterminare eò; societate
aliorum liberorum ejicere per *σουργὴν* non possint. Quomòdò illi, qui
σουργὴν nullâ affecti, nec ipsi parentes sunt, mente concipere non possunt,

Hipp. Aph.
lib. 6. c. 38.

quâ

Manl. in
LL. alijs;

quã ratione fieri queat, ut ita malos liberos amet pater (sic Phil. Melanthon
dicere solitus, neminem *ἀνεργον* intelligere posse illud Virgilij, *omnis in Ascen-*
no carissat cura parentis) ita nos, qui privati sumus, nec subditos habemus,
aut Reip. gubernacula gerimus, paternoq; affectu nullos prosequimur, con-
cipere non possumus, quã tenerè cives, qualescunq; etiam, bonus Rex aut
Princeps amet.

Epist. 67,
ad Pammi.
advers.
err. Joh.

Divus Hieronymus quidem nullòs videtur penes se etiam civiliter fere-
re posse heterodoxos: *Ego si Patrem, inquit, si matrem, si germanum adver-*
sus Christum meum audivissem ista (quã Episcopus ejus Joh. Hierosolym.)
dicentes, quasi rabidi canis blasphemantis ora lacerassem, & fuisset in primis manus
mea super eos. At ut sermo iste, si spiritualiter eũ intelligas (pro ut procul dubio
B. pater intellexit) omnem laudem & imitationem meretur, ita, si de corpo-
rali & civili societate, omninũ minimè latè dari à quoquam posset. Obstant hi-
erò exempla Prophetarum, Patriarcharum, Apostolorum, ipsius etiam Sal-
vatoris, quos communem civitatem, domum, cibum, potum, aërem, & a-
quam cum notoriis & manifestis hæreticis, impiis, blasphemijs, ipsisq; genti-
libus habuisse constat. atq; de S. Apostolis, eorumq; actionibus in eum sen-
sum pulchrè canit Poëta:

Ibant, quò poterant, quò non poterant, ibi stabant.

Hieronymi autem sententiã etiam civiliter in hæreticos volentibus meritò re-
spondetur id, quod D. Imperator Episcopo Acesio respondit: *Tu itaque, qui*
solus sanctus esse vis, scilicet ad mare, & solus celum conscende.

Socrat.
lib. I. c. 7.

AD eam verò civilis conversationis & amicitie partem, nisi fallor, per-
tinet bonis, honestisq; actionibus heterodoxorum, & à Catholicã fide dif-
ferentium, & de quibus nunc sermo est, Calvinianorum meritas laudes non
denegare, sed applaudere; præsertim si in communem hominum societa-
tem, aut Christianam fidem boni aliquid contulerunt. Nequẽ enim omnes
eorum actiones, omnia facta atq; infecta æquè culpari possunt. Hoc ipsa
Dei vox jubet, suisq; exemplum etiam ab infidelibus, quos laudat, sumere
præcipit: *Transite ad Insulas Chyrim, & videte, & in Cedar mittite & considera-*
te vehementer, & videte, si factum est huiusmodi: si mutavit gens Deos suos; &
certe ipsi non sunt Dij. Jer. II. 10. Quicquid enim est, ad quod provocat
DEUS. O. id laudabile erat; ipseq; id laudat in maximè barbaris
gentibus.

Roma.

Roman
stratibus ne mi
calumniosissim
eorumq; facta
cum suis ipsi
cillima tradue
saviorum codici
Heerbrandum
sed illa pecorin
hominibus jure
& Proceribus
syalum eunt.
rici Electoris
cius in Addit
dem, quòd C
Carolo V, de
putgatorius
Verum non
fidis & cor
hibed Jud
cundum sci
acis extol
VI. Apud
thodoxis
laudat Je
Episcopo
contra D
tione patr
berriman
resivel sch
Sic in B.
tam, devo
tiam, qu
moderni
orthodox
nominis

Romanenses hic nimium procul à societate humanâ abeunt, qui no-
 stratibus ne minimas laudes contra conscientiam conferre, sed omnia quæ
 calumniosissimè traducere malunt. B. Lutherum & Theologos alios,
 eorumq; facta, dicta, rationes, & locorum Scripturæ expositiones, etiam si
 cum suis ipsis correspondeant, ut stupida tamen, barbara, falsa, & hæreti-
 cissima traducunt. *Nihil acuminis, nihil ingenij, nihil solertiæ in vastis adver-*
sariorum codicibus reperiri, affirmo, scribit Jesvita Armandus ad Chamierum.
Heerbrandum ejusq; socios Theologos esse simplicis simâ simplicitate non columbinâ,
sed illâ pecorinâ, quæ Apostolorum princeps Petrus 2. Epist. II. 12. ejusdem farinae
hominibus jure tribuit, clamat alicubi Greg. de Valentia. Principibus item
 & Proceribus Evangelicis nihil virtutis atq; pietatis ineffe suis omni curâ per-
 svalum eunt. Etiam defunctis meritas laudes detrectant. Beatis Fride-
 rici Electoris Saxonici manibus id contigit, ut, cum ei Historicus Joh. Func-
 cius in Additionibus ad Eusebij Chronicon hanc *prudentiæ & modestiæ* lau-
 dem, quòd Cæsarei diadematis honorem etiam oblatum non acceperit, &
 Carolo V. detulerit (miraculum hodiè vix credimus) tribueret, Index Ex-
 purgatorius ea verba jusserit induci, & in æternum ex autore expungi.
 Verùm non puduit ipsum Gentium Doctorem Apostolum Paulum in per-
 fidis & contumacibus Judæis quædam laudare. *Testimonium,* inquit, *per-*
hibeò Judæis, quod emulationem quidem Dei habeant, sed non (addit ibidem) *se-*
cundum scientiam. Rom. X. 1. Idem Ethnicos præ suis Christianis Corinthi-
 acis extollit, quòd *ejusmodi incestuosos inter se, quales illi, non habeant,* I. Cor.
 VI. Apud Jeremiam ipse DEUS Apostatas *Israëlitas ut pios* commendat, & or-
 thodoxis Judæis præponit, c. III. 11. Quin irrationales bestias præ hominibus
 laudat Jes. I. 3. Jer. VIII. 7. Prov. VI. 6. &c. De hoc argumento prolixè S.
 Episcopus Hipponensis Augustinus sæpe differit, & imprimis lib. 4. de Bapt.
 contra Donatistas, ubi tandem concludit: *Harum & talium rerum considera-*
tione patres nostri non solum ante Cyprianum vel Agrippinum, sed etiam postea salu-
berrimam consuetudinem tenuerunt, ut quicquid divinû & legitimum in aliquâ hæ-
resi vel schismate integrum reperirent, approbarent potius, quàm negarent.
 Sic in B. Lutheri scriptis sæpè legas laudes Papistarum, eorum honestam vi-
 tam, devotionem, erga clericos liberalitatem, erga res Deo sacrates reveren-
 tiam, quòd hisce pudorem suis hominibus incutere velit; quæ testimonia
 moderni Papistæ & Apostatæ passim intempestivè citant, & ut testimonium
 orthodoxiæ suæ ab hoste extorsum imprudenter allegant. Immortalis
 nominis Theologus Mart. Chemnitius Joh. Calvinum suis laudibus ornat,

Epist. ad
Chamier,

lib. 2. Apol.
pro idolol.
c. 1.

in fine,

Besoldus,
Hunnus,
Chr. VVil-
hel. Müllman-

quod Mich. Serveto, Antitrinitariorum duci, fortiter restiterit, ejusque blasphemam hæreseos cursum Genevæ impeditur. Ipse Æg. Hunnius ἀστροδογ hostis in ipso Calvino Judaizante has ejus laudes non dissimulat.

Factum itaque illud Potentiss. Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ, quando pestiferos illos hæreticos, manifestosque blasphemos Socinianos seu Photinianos (aut quocunque nomine & pallio se tegentes) Zelo divino accensi è suis ditionibus eiciunt, eosque Societate civili, protectione sua & communi Christianorum consortio indignos judicant, omni laude prosequendum. Non minus id summis encomiis ornandum, quam facta Catholicorum principum Cæsarum & Imperatorum Constantini, Theodosij, Arcadij, & aliorum, Montanistas, Priscillianistas, Arrianos, Eunomianos, & similes legibus coercentium aut imperiis suis fortiter eicientium. Infestata imprimis Batavia & Westfrisia ista Photini lue diu est, plurimaque scandala Orbi Christiano inde enata, ipsique Ordines jam anno M. D. lllc. edictum de illis profligandis promulgarunt, quod recenset Joh. Kloppenburg Prof. Franek. in P. *** Comp. Socin. Refutato, ante annum edito; æquum itaque est, ut ubi plurimum morborum, ibi etiam incipiat medicina. Est enim & certus modus in talibus admittendis servandus, nec extra necessitatem procul dubio contentia, & impunè iis vivendi concessa licentia locum temper habet. Debent merito extra necessitatis casum Gubernatores Rerum non facile integros cum sauciis, mundos cum immundis conjungere & copulare, laudabilisque est zelus & adversus affectus adversus ferales illos homines, illos Christi nostrorumque; animorum latrones, Photinianos. Videmus ipsas bestias infesta sibi adversis oculis intueri, rabidoque, si possunt, ore petere. Christiani sunt ipsi brutis hebetiores, qui nesciunt indignandum esse tam diris adversariis, æternisque nostris hostibus. Quo magis omni laude privanda Machiavellica illa Sapientia, quæ eodem affectu erga orthodoxos, quo heterodoxos, eodem Christi oppugnatores, quo propugnatores Virum Sapientem præditum esse posse, aut debere præcipit. Non sic principes illi heroës, & orthodoxi vindices! Vitam illi potius, capita sua carnifici abscondenda dare voluerunt, antequam de propenso affectu suo erga veram fidem quicquam remitterent, aut benigno vultu hæresin, quæ hæresin, intuerentur. Eorum autem studio & zelo quicquid sani in Ecclesiâ & Repub. super est, habemus hodie & possidemus.

Mori bus antiquis stat res Romana, Viri.

Hoc sensu Megalander Lutherus ait: nisi toto corde Papatui contraxeritis, non potestis salvari. Calorem ab igne removet, lucem à Sole, humorem ad

ab aqua, qui Zelu
perditiones recte
quæ semper pius
gas, ab Athenien
A Romanis libri
traxerant. N
gendo custodiend

In tantu
religiosos virum
trisque sentire del
antur, sed in ar
sententia rele
atum sibi dand
adversis tribui
is quicquam S
plenarium ad
gionibus, præ
cum illi facer

Diu e
perij, aliisque
& quatenus
tium non in
ventiam &
resuam sal
pluviam
atque aug
nes Belgi
dicto con
nunquam
radoxica
& æterni
dentisim
num con
patiebatu

Qu
graphis &
cinianoru

ab aqvâ, qvi Zelum à Religione removet. Eo polluisse ethnicos & suas su-
perstitiones rectè adversus Christianos defendere voluisse, scriptor non
æqvè semper pius Joh. Bodinus alicubi scribit. Apud Val. Maximam le-
gas, ab Atheniensibus ex urbe ejectos esse, qvi non rectè de religione locuti.
A Romanis libri eorum exusti sunt, qvi Deorum suorum honori multum de-
traxerant. *Non mirum igitur, addit sapientissimè autor si pro eo imperio au-
gendo custodiendôq; pertinax Deorum indulgentia semper excubuit.*

In tantum itaq; errant, qvi immoto vultu, similiq; supercilio omnes
religiosos virum prudentem iatueri posse, eumq; pro suis æqvè benignè de u-
trisq; sentire debere svadent, ut ne quidem animalitatis partes se explere fate-
antur, sed in arbore Substantiæ (qvam pingunt Philosophi) ad corpora non
sentientia relegandi sint. Qvi omnem cordis & animi plenissimum affe-
ctum sibi dandum, sibi deberi asserit, is negat, posse quicqvam ejus aliis sibi
adversis tribui: sicut, qvi cras nobis Solem, meridiemq; audsturum asserit,
is quicqvam Solaris lucis Antipodibus futurum negat. DEO itaq; talem
plenarium affectum erga se poscenti, nihil negare, nihilq; ejus adversis Reli-
gionibus, præsertim verò blasphemis, ultrò tribuere possunt, aut debent. E-
cum illi facere nulla sapientia potest.

Diu est, qvòd novi viri politici alia profiteri, & priscis Heroibus Im-
perij, aliisq; Principibus, non nisi unum DEUM & Religionem colentibus,
& qvatenus possunt, suis in provinciis admittentibus, insultare, eosq; tan-
tùm non imprudentiæ & inscitæ postulare ausi sunt, qvafi nesciverint, con-
niventiam & impunitatem etiam apertissimarum & manifestissimarum hæ-
resium salutem & incrementum Rebus publicis asserre, nec tam citò unam
pluviam fungis replere campum, qvàm citò hoc axioma Rempubl. impleat
atq; augeat. Hisce etiam hypothesibus ad stipulatos esse Potentiss. Ordines
Belgicos jam dudum fama dictavit. At verò ex modò edito eorum E-
dicto contrarium ipsi nos profus docent, & universo Orbi restatum faciunt,
nunqvam se ita sensisse, aut, si senserint, resipiscere se & errorem fateri. Pa-
radoxica principia ad tempus, & inaudita consilia initiò fortè valent, annos
& æternitatem ferre non possunt. *Bona consilia morà valescunt,* inquit pru-
dentissimus Tacitus. Rehabeam Hebræorum Rex non senum, sed juve-
num consilia secutus, rebellionem & diminutionem regni sui irreparabilem
patiebatur. III. Reg. XII.

Qvòd tandem Illust. Batavorum & Westfris. Ordines etiam Typo-
graphis & Bibliopolis gravi indictâ pœnâ interdixerint, ne libros ullos So-
cinianorum excuderent, aut excudi curarent, aut emerent, venderent, aut

Method.
histor. c. 4.

lib. 1.
c. 1.

Deut. VI. 5.
Matt. XXII.
37.

Hist. lib. 1.
cap. 32.

divulgarent, id laudis hujus culmen proflus absolvit. Sunt scilicet libri, eorumq; venditores muti rerum præcones, muti fidei & hæreseos, religionis & superstitionis, pietatis & impietatis propagatores. Credibile est, prudentissimos majores nostros in hac ipsa urbe Hamburgo, ea propter Bibliopos vel in vestibulo vel in ipsis templis nostris præ aliis negotiatoribus, ut publicè prostant, permisisse, quòd hi mutà distributione & venditione bonorù librorum non minus, quàm ipsi Presbyteri voce & actionibus, fidem & religionem, promoveant, & inculcent. *Nullum autem venenum pestilentius est malo libro, verè scripsit Erasmus.* Prodesse verò publicè, ut censuræ libro-

Stüffelb.
Theol. Calv.
1.3. art. 4.

rum vendendorum instituantur, multi cordati Dd. passim docent, & citatur imprimis Phil. Melanthonis, per intervalla sapientissimi viri, consilium de abusu Ecclesiæ emendandis: *Nec officinæ Typographicæ, (inquit in Act. Coll. Worm.) negligendæ sunt. Plurimum enim refert, quales libri veniant in manus hominum, cavendumq; ne spargantur impia dogmata, aut famosi libelli. Idè Magistratus in singulis locis præficiant certos Inspectores seu censors officinis, ne liceat edere libros non approbatos ab his censoribus.* Et hoc tam in visitationibus Typographicarum quàm Bibliopolarum officinarum à Protestantibus Orthodoxis Magistratibus observatum esse, & observari, autor est B. Schluffelburgius. *Non autem diffitemur, inquit adversus conquirentes super istum morem, nostros Magistratus in quibusdam locis Bibliopolis interdicere, ne libros Hæreticorum, Pontificiorum, Anabaptistarum, Calvinistarum, & id genus fanaticorum hominum, sine discretione quibuslibet divendant: sed habitâ ratione personarum ementium videant, ne idiotis & imperitis venenata & erronea scripta communicent. Qui nondum confirmati in doctrinæ Christianæ fundamentis, sine ullo judicio ea legentes facillè possunt seduci, &c.*

ibidem,

Quicquid autem illud Batavici, sæpius nominati edicti est, id ex R.E.T. voluntate è Belgico idiomate in Latinum & Germanicum pro posse meo convertere volui, & nunc Ei cum plurimæ salutis & fœlicitatis appreciatione in hujus anni exordio offero & dico. B. V. Dabam Hamburgi, Kal. Februarij, anni M. D. L. IV.

Rev. Exc. T.

Officiosiss. Cult. & Serv.

M. I. S.

EDICTI

EDICTI



ejus in in
fis in loci
stituere
perdita
tionis h
troduct
sim di
nos om
tates, n
onem C
simula
veræ C
pridem
& exar
provin



EDICTI HOLLAN. ET VVESTFRISICI
Versio Latina.



Tatus Hollandiæ & Westfrisiæ omni-
bus visuris hæc & auditoris salutem!
Qvòd nobis innotuit, Socinianam se-
ctam indies magis magisq; in hisce pro-
vinciis augeri, & fautores atq; asseclas
ejus in incrementum suorum errorum jam diver-
sis in locis conventicula atq; congregationes in-
stituerere cœpisse, indeq; non solum perniciofa &
perdita dogmata sua inter omnis generis & condi-
tionis homines spargere, sed etiam conatos esse in-
troducere in has provincias, & publicis typis pas-
sim divulgare scripta sua Sociniana, librosq; ple-
nos omnes blasphemii in DEum, & ejus Proprie-
tates, nec minus ad versus divinitatem & satisfacti-
onem CHRISTI, tum sacrosanctam Trinitatem, &
simul ad versus fundamenta & bases articulorum
veræ Christianæ fidei, non obstante, multos eorum
pridem autoritate Magistratus, præviâ visitatione
& examine Theologicarum Facultatum harum
provinciarum, quæ sitos, retentos & combustos

Sunt scilicet
areseos, religio
edibile est, prout
propter Biblio
tioribus, ut
enditione bon
ibus, fidem & r
um pestilentia
ut censuræ lib
docent, & cita
iri, consilium
e, (inquit in d
les libri veniant
aut famosi libri
censores offic
oc tam in visita
um à Protestan
ari, autor est B
inquerentes su
polu interdici
rum, & id gena
d habitâ ratione
& erronea
anæ fundam
st, id ex R.E.T.
ro posse meo
apprecatione
urgi, Kal, Fe

EDICT

esse: ut per quos non solum DEi nomen horribiliter
læditur & blasphematur, sed & animi multorū in-
colarum perturbantur, & negotia Ecclesiastica in
summum discrimen & periculum vocantur:

Volentes ergo officio nostro defungi, ad exem-
plum laudatissimorum multorum Christianorum
Principum & Magistratum, nihil respicientes, nisi
divini nominis honorem, & salutem Christianæ
Ecclesiæ, & occurrere cupientes omni interne-
cioni & ulteriori perturbationi tam Ecclesiæ quàm
Reipublicæ, habentes super hæc advisationem
è primo & secundo Consilio aulæ Batavicæ, inter-
dicimus omnibus & singulis, cujuscunq; sint sta-
tus & conditionis, ne quis prædictos errores Soci-
nianos in has provincias introducere aut publica-
re præsumat, aut in eum finem conventicula insti-
tuat; sub pœnâ, ut is, qui contra fecerit, tanquam
blasphemus in Sanctum DEi nomen, & perturba-
tor publicæ pacis, deprehensus primâ vice è ditio-
ne nostrâ eiici, alterâ verò vice arbitrariâ pœnâ pro
exigentia circumstantiarum puniri & cor-
ripi debeat.

Inhibemus porrò expressè omnibus Typogra-
phis & Bibliopolis, ne ullas Socinianorum libros,
tanquam blasphemos, & perniciosos, in quâcunq;
etiâ lingvâ in nostris provinciis excudant, excu-
difaciant, aut alibi excusos in has oras importent
aut

aut vendant, sub poenâ, ut ei, qui ulla exemplaria aut excuderit, aut vendiderit, Typographo primâ vice, cum inhibitione negotiationis & opificij etiam mulcta trium millium, Bibliopolæ millium florenorum imponi debeat; quorum pars dimidia una Officiariis, altera pars pauperibus distribuenda erit: qui secundâ vice deprehensus fuerit, ex hisce regionibus proscribatur.

Sancimus insuper, ut omnes Typographi & Bibliopolæ intra triduum à tempore publicationis hujus omnia manuscripta & typis expressa exemplaria ejuscemodi librorum in manus cujuscunque loci Magistratus tradant, ut ab ijs reserventur & supprimantur. Et, ut iisdem eò meliùs deprehendantur, debent omnes Typographi & Bibliopolæ, de quibus suspicio est, quòd exemplaria habeant, exigente Magistratu loci, jurejurando se coram eo purgare, quòd nulla eorū penes se aut alibi latentia habeant, sub poenâ, ut is, qui detraxerit dictum hoc juramentum edere, primâ vice centum florenis, alterâ vice inhibitione negotiationis & opificij sui pro conditione & exigentiâ circumstantiarum multetur.

Notū itaq; facim⁹ Præsidi & Senatoribus summæ curiæ & aulæ Bataviæ, Procuratori, Generali simul & omnib⁹ Officiariis & Justitiariis nostrarū provinciarum respectivè Hollandiæ & Westfrisiæ, ut publicari

publicari & affigi faciant hoc edictum loco com-
petente, sive in quovis alio fieri sive verunt, ne quis i-
gnorantiam alleget, & ubi vis quisque sciat, quid
sibi hac in re agendum aut omittendum, contenta
etiam hujus omni ex parte observent & exequan-
tur, & ut observentur & fiant curam gerant; quo-
modo nos utilitati & saluti totius provinciae i-
conducere censemus. Datum Hagæ-comit.
sub majori sigillo, huic appenso. die decimo no-
no Septembris, Anno Domini Salvatoris nostri
millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo tertio.

Ad mandatum Dnn. Statuum

Herb. van Beaumont.

Hagæ-comitis apud viduam & heredes Hilde-
brandi Jacobi von Movv, Ordinario Typo-
grapho Potentiss. Dnn. Statuum Hollandiæ,
& West-frisiæ, anno 1653.

Versio Edicti germanica.

Wir Staten von Holland und Westfriesland
entbieten allen / die diß gegenwertige sehen / le-
sen / oder hören / unsern Gruss. Nachdem
wir in Erfahrung gekommen / daß die Socini-
anische Secte teglich in unsern Lande mehr
und

und mehr zuneh-
der selben ihren
gelassen lassen /
und Zusammen
ihre schädliche
hand Ständes
unterwunden
fentlichen D
und Bücher b
Lästerung w
wieder die G
hochgelobte
Fundament
Christliche
vor diesen
gangene
Faculteten
genomme
Gottes n
sondern
siet / irr
Noth un
So
löblichen
Obrikt
gen Nah
fart / und

und mehr zunehme/und die Verwanten und Anhänger
derselben ihren Irthumb fortzupflanzen ihnen albereit
gelüsten lassen / an unterschiedliche Orter ihre Kottirung
und Zusammenkunft zu halten/ dadurch sie nicht allein
ihre schädliche und Seel-verderbende Lehre unter aller-
hand Standes Leute austreuen/sondern daß sie sich auch
unterwinden hier ins Land einzuführen / und durch öf-
fentlichen Druck viele ihrer Socinianischen Schriften
und Bücher bekand und gemein zu machen/die alle voller
Lästerung wieder Gott und dessen Eigenschaften seint/
wieder die Gottheit und Gmugthung Christi / und die
hochgelobte Heil. Dreysaltigkeit / imgleichen wieder die
Fundamental-Gründen und Hauptpuncten der wahren
Christlichen Religion: Ohngeachtet/das viele derselben
vor diesen durch Verordnung der Regierung auff vor ge-
gangene Visitation und Examen der Theologischen
Faculteten dieser Landen durch gesucht/in Verwahrung
genommen und verbrant seint: Bodurch den der Nahme
Gottes nicht allein sehr greülich verunehret un geläsiert/
sondern auch vieler unserer Untersassen Gemüther entrü-
stet / irrig gemacht / und die Kirchen-sachen in eusserste
Noth und Verwirrung gebracht werden:

Sohinterfolgen wir unsere Schüldigkeit / nach den
löblichen Exempel vieler Christlichen Potentaten und
Obriigkeiten/und suchen nichts anders/als Gottes heil-
igen Namens Ehre / und der Christlichen Kirchen Wol-
fart/und daß wir den Untergang und ferneren Verwir-
rungen

rungen der Kirchen und Pollecy verhüten möchten: Wie
wir dem hierauff Advies von den ersten und andern Rā-
then vom Hofe von Holland eingeholet: Verbieten einen
jeglichen/ wes Standes oder Würden er sey / keine von
vorgemelte Socintantische Schwermerey hier ins Land
einzuführen un̄ außzubreiten/oder zu solchem Ende Be-
sammelkünstte/oder Zusammenrottirunge zu halten/ben
poen/das̄ derselbe/der hieran schuldig befunden wird/als
ein Lāsterer Gottes heiligen Namens / und Störer des
gemeinen Landfriedens zum ersten mahl aus dem Lande
verbannet / zum andern mahl aber betroffen willkürlich/
der Sachen Beschaffenheit nach / abgestraffet werden
solle.

Verbieten ferner außdrücklich allen Buchdrückern
und Buchhändlern oder Verkeuffern/ keine Socintant-
sche Bücher / als Gottes-lāsterliche und schädliche / in
was Sprache sie auch seyn möchten / hier im Lande zu
drücken / oder drücken zu lassen / oder da sie anderswo ge-
drückt weren / anhero zu bringen und zu verkauften / ben
poen, das̄ derjenige/der einziges derselben Exemplar ge-
drückt/oder feil zu haben befunden würde / der Drucker
zum ersten mahl / außser dem das̄ ihm sein Handwerck un̄
Nahrung gelegt werden / zur Bussse mit drey tausent / der
Buchhändler aber zur Bussse mit tausent Gūlden abge-
strafft werden / davon die eine helffte den Officianten/ die
andere helffte den Armen verfallen seyn soll: Die aber zu
anderem mahl betroffen / sollen des Landes verwiesen
werden.

Wir

Wir sehen
der und Buchh
solche Exempla
publication d
plur solcher Bü
den bringen un
und verwart
Und auff
sollen alle Bu
Exemplaren
halten werde
an ihrem D
schuldigen /
Verwahrn
die sich des
hundert G
Handelun
Gelegen
den solle
Er
des hoch
Procur
Justitia
landref
anschlag
geschehe
vor zuwe

Wir setzen und wollen auch hienit / daß alle Drucker und Buchhändler / die in verdacht sint / ob hetten sie solche Exemplaren bey sich / inner drey Tagen nach publication dieses alle gedruckte und geschriebene Exemplar solcher Bücher in der Magistrat / jedes Orts / Händen bringen und überliefern sollen / auff das sie beygelegt und verwahrt gehalten werden mögen.

Und auff das solche Leute desto besser betreten werde / sollen alle Buchdrucker und Buchhändler die solcher Exemplaren wegen in Verdacht seyn möchten / dahin gehalten werden / daß sie / auff Erfoderung des Magistrats an ihrem Orte / mit einem Ende betheuren und sich entschuldigen / daß sie keine Exemplar bey sich / oder sonst in Verwahrung halten und haben / bey pœn / daß dieselbe / die sich des Endes weitern wollen / zum ersten mahl mit hundert Gulden gestrafft / zum andern mahl ihnen ihre Handlung und Nahrung verboten seyn / oder sonst nach Gelegenheit und Erfoderung der Sache angesehen werden sollen.

Entbieten demnach den Praesidenten und Rächen des hohen Raths und Hofes von Holland / dem General Procuratori / wie auch anderen Officianten und Justitiarien in unsern Landen / Holland und Westfries-land respectivè / daß sie dieses Edict publiciren und anschlagen an Ort und Stelle / da sichs gebühret / und zu geschehen pflegt / auff daß niemand seine Unwissenheit vorzuwenden habe / und alle und jede wissen mögen / wor-
nach

wornach sie sich zu achten/ auch wie der Inhalt dieses in
allen Puncten un̄ Clausulen nachzukömen un̄ zu obser-
virē sey sie selbst auch helffen diesem nachzukömen und es
zu observiren/gestalt Wir solches zamm̄lich und dieses
Landes besten also nötig befunden haben. **Geben**
in den Haag/ unter unser unsern grossen Insiegel hier auff
gedrückt/ den neunzehenden Septembris/ in den Jahre
unser Herr und Seltigmachers/ Sechszehen hundert
und drey und funffzig.

Auß Verordnung der H. Staten

Herb. von Beaumont.


Im Gravenhage bey der Wittwen und Erben Benz
land Hillibrant Jacobs von Mours/ ordinar Buchdrucker
der Edl. Hochmog. Herrn Staten
von Holland und Westfriesland.


Im Jahr 1653.




tes in
obler-
undes
dieses
Geben
ter auff
Zahre
indert

monc.
Wen
e







mm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

inch 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Image Engineering Scan Reference Chart TZ63 Serial No.
 the scale towards document